Digitized by Google

Digitized by Google

اعتقاد الامانة

الارتودوكسيه مختصر الذي يتقدم برسم الكرسي
المقدس الرسولي ليعتقدون به المشارقه
الاتيين لاجل اتحادهم مع
الكنيسة المقدسه
الرومانيه .

BREVIS

Orthodoxæ fidei profeſsio, quæ ex præſcripto Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ab Orientalibus ad Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ vnitatem venientibus facienda proponitur.

IVSSV

Sanctiſſimi Domini noſtri D.Clementis Papæ VIII.
Excuſſum Romæ in Typographia Medicea Anno á Natiuitate Domini M.D.XCV.

خُتم في رومي العظمي بامر قدس سيدنا البابا مار
قليمنطس الثامن في طبع الغران دوكا فلورينتيسه
في سنة الف وخمسمايه وخمسه وتسعين
لمولد ربنا يسوع المسيح
له المجد ❀

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

وانا اقول لك انت الصخرة وعلي هذه الصخرة ابني
بيعتي وابواب الجحيم لا تقوا عليها . واعطيك مفاتيح
ملكوت السموات وكلما ربطته علي الارض يكون مربوطا
في السموات وكلما حللته علي الارض يكون محلولا في
السموات



Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Et quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in cœlis.

Matth. 16

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

بسم الاب والابن والروح القدس اله واحد امين .

انا

اومن بكل قلبي

واعترف بفمي ان واحد هو الاله الحقيقي . قادر علي كل شي الذي لا يتغير . ولا يدرك . ولا يوصف . وهو سرمدي . اي الاب والابن والروح القدس . واحد بالذات . ومثلث بالاقانيم ۞ الاب ليس مولود . والابن مولود من الاب فقط . والروح القدس منبثق ازليا من الاب والابن . ليس كمن مبداوين اومن نفختين . بل من الاثنين كمن مبدا واحد ونفخه واحده . فالاب ليس هو الابن او الروح القدس . والابن ليس هو الاب او الروح القدس . والروح القدس ليس هو الاب او الابن . بل الاب هو اب فقط . والابن هو ابن فقط . والروح القدس هو روح القدس فقط ۞ ليس احدهم اقدم من الاخر بالازليه . او اعلا بالكبريا . او اغلب بالسلطنه . بل هو دايم بلا ابتداء ولا انتهاء ۞ الاب هو والد . والابن مولود . والروح القدس منبثق . متساويين بالجوهر بالرتبه بالقدره وبالسرمديه ۞ هولاء الثلثة اقانيم هم اله واحد ليس ثلثة الهه . ذات واحده . وجوهر واحد وعظمه واحده . مبدا واحد وخالق واحد لجميع ما يري وما لا يري من الجسمانيين والروحانيين ۞ الذي لما شا خلق ساير المخلوقات بجوده . واختار انهم يكونوا في غاية الحسن ۞ ولهذا ارفض واحرم جملة البدع والمبدعين الذين يعتقدون ويعلمون خلاف ذلك ۞

وايضا

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vnius Dei. Amen.

Ego

toto corde

credo, & ore confiteor, quod vnus eſt Deus verus, omnipotens, incommutabilis, incomprehenſibilis, ineffabilis, & æternus, Pater ſcilicet, Filius, & Spiritus ſanctus: vnus in eſſentia, trinus in perſonis. Pater ingenitus, Filius à ſolo Patre genitus, Spiritus ſanctus à Patre Filioque æternaliter procedens, non ſicut à duobus principijs, aut duabus ſpirationibus, ſed ab vtroque tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione. Pater non eſt Filius, aut Spiritus ſanctus: Filius non eſt Pater, aut Spiritus ſanctus: Spiritus ſanctus non eſt Pater, aut Filius: Sed Pater, tantum Pater eſt: Filius, tantum Filius eſt: & Spiritus ſanctus, tantum Spiritus ſanctus eſt. Nullus alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate, ſed abſque initio ſemper eſt, & ſine fine. Pater eſt generans, Filius naſcens, Spiritus ſanctus procedens, conſubſtantiales, coæquales, coomnipotentes, & coæterni. Hæ tres perſonæ ſunt vnus Deus, non tres Dij, vna eſſentia, vna ſubſtantia, vna immenſitas, vnum principium, vnus creator viſibilium omnium, & inuiſibilium, corporalium, & ſpiritualium. Qui, quando voluit, vniuerſas condidit creaturas ſua bonitate, quas & valde bonas voluit. Et ideo reprobo, & anathematizo omnes hæreſes, & hæreticos ſentientes, & docentes contraria.

Firmiter

وايضـًا اومن ثابتـًا واعتقد ان المولود الوحداني
ابن الله المساوي للاب بالجوهر الموجود دايمـًا مع
الاب والروح القدس.في تغاضي الزمان • الذي اقتضاء
اختيار الرحمة الالهيه المخفي لبطهرنا من خطية ادم ومن
كافة اوساخ اثامنا.ولبنقذنا من الموت والجحيم تجسد
من روح القدس في احشاء الطاهرة الدايمة بتوليتها
مريم العذري الطوبانيه واخذ منها الطبيعة الانسانيه
بجملتها بالحقيقه اي الجسد والنفس الناطقه باتحاد
الاقنوم الالهي.و بتقدير هذا الاتحاد يكون المسيح
واحد بعينه اله وانسان.ابن الله وابن البشر• وان
الطبيعة الواحده لم تنقلب عن الاخري• او تستحيل
الي الاخري.او تمتزج بالاخري• او تتلاشي • بل في هذا
الاقنوم الواحد البتـه هم الطبيعتين الكاملتين اي
اللاهوتيه والناسوتية.حافظتين خواصهما الطبيعتين
بعينهما • مشيتين وفعلين. حتي ان المسيح هو واحد
فقط ۞ وكما ان صورة الاله لم تحيل صورة العبد.كذلك
صورة العبد لم تنقص صورة الاله ۞ لان ذلك الذي
هو اله حق هوهو بذاته انسان حق ۞ انه اله من
حيث في البدء كان الكلمة والكلمة كان عند الله والله هو
الكلمة ۞ وانه انسان من حيث ان الكلمه صار لحمًا وحل
فينا ۞ هو اله لانه اشبع من الخمس خبزات خمسة الاف
نفرًا • وانه اوعد للسامريه بما ينبوع الحياة الابديه
وانه قداقام العازر من بين الاموات بعد اربعة أيام.
وهو انسـان لانه جاع • وعطش • وتعب • وسمر
بالمسامير علي خشبـة الصليب وهو بعينه واحد
من جهة

Firmiter etiam credo, & profiteor, quod vnigenitus Dei filius Patri conſubſtantialis, ſemper cum Patre, & Spiritu ſancto exiſtens, in plenitudine temporis, quam diuinæ miſericordiæ conſilium inſcrutabile diſpoſuit, vt nos à peccato Adæ, ac ceterarum culparum noſtrarum ſordibus mundaret, & á morte, & inferno liberaret, incarnatus eſt de Spiritu ſancto in immaculato vtero Beatiſſimæ Mariæ ſemper virginis, ac veram & integram hominis naturam aſſumpſit, corpus videlicet, & animam rationalem in vnitate perſonæ diuinæ, tanta vnitate, vt vnus, & idem Chriſtus ſit Deus & homo; Dei filius, & hominis filius: ita quod vna natura non confunditur cum altera, nec vna tranſit in alteram, nec vna miſcetur alteri, nec altera euaneſcit, ſed in perſona omnino vna, ſunt duæ perfectæ naturæ, diuina ſcilicet & humana, ſaluis earundem naturarum proprietatibus; duæ voluntates, & duæ operationes: ita vt Chriſtus ſit tantum vnus. Et ſicut formam ſerui, Dei forma non adimit; ita formam Dei, ſerui forma non minuit. Qui enim verus Deus eſt, idem verus eſt homo. Deus per id quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Homo per id, quòd verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Deus per id quod de quinque panibus quinque millia hominum ſatiauit; Quod Samaritanæ aquam ſalientem in vitam æternam promiſit; Quod Lazarum quatriduanum á mortuis reſuſcitauit. Homo per id, quod eſuriuit, ſitiuit, fatigatus eſt, & in ligno crucis clauis affixus eſt. Vnus & idem

ſecun-

من جهة الاهوت مساوياً للاب الازلي غير مايت وغير متالم. واما من جهة الناسوت هو اصغر من الاب مايت ومتالم ۞

وايضًا اومن ثابتًا واناديّ ان ابن الله تجسد بعينه واتلد حقًا من مريم العذري الدايمة بتوليتها. ولهذا اعترف ان البتول هي بنفسها ام الله ووالدته. وايضًا انه تالم حقًا ومات حقًا وقُبر. وبالصدق نزل الي الهاويه بنفسه لاجل خلاص الابهات القديسين المسجونين فيها. واوثق القاتول بلا شبع اي الشيطان. وايضًا انه بالحقيقه قام من بين الاموات وعلم الرسل مدة اربعين يوم على ملكوت الله. ثم صعد الي السموات وجلس عن يمين الاب. وانه ياتي في اخر الزمان ليدين الاحيا والاموات ۞

واومن واعتقد ان كل انسان قد حبل واتلد من ذرّية ادم لا خلص ولا يُخلص الا بامانة ربنا يسوع المسيح الواسط بين الله ولبني البشر. اذ وجد لنا الخلاص الابدي بدمه وموته. وبه صالحنا مع الاب الازلي. واحيا وثبقة اثامنا ۞

وايضًا اومن ثابتا ان جميع نواميس العهد العتيق والشريعة الموسويه لانهم كانوا خيالا للمسيح. ولو كانوا مستوجبين في ذلك الزمان لخدمة الالهيه. قد بطلوا بمجي المسيح. فالان من بعد ظهور الانجيل حافظهم لا يمكن ان ينال الحياة الابديـة ۞ فاذا بعد ذلك الزمان جميع حافظين الختانة والسبت والماكيل المحرمه في تلك الشريعة وموجباتها الباقية. اثبت انهم خارجين

ſecundum diuinitatem, æqualis æterno patri; immortalis, impaſsibilis. Secundum vero humanitatem minor patre, mortalis, & paſsibilis.

Inſuper firmiter credo, & prædico eundem Dei filium incarnatum vere natum eſſe ex Maria ſemper virgine, & ideo ipſam virginem fateor veram Dei matrem, atque genitricem. Item vere paſſum, vere mortuum & ſepultum, vere cum anima deſcendiſſe ad inferos ad liberandas animas ſanctorum Patrum, quæ in limbo detinebantur, alligato inſatiabili homicida, ſubinde ex mortuis vere reſurrexiſſe, & per quadraginta dies Apoſtolos docuiſſe de regno Dei, moxque ad cœlos aſcendiſſe, ſedereque ad dexteram Patris, & venturum eſſe in fine ſæculorum ad iudicandum viuos, & mortuos.

Credo & profiteor nullum vnquam hominem ex ſemine Adæ conceptum & natum, fuiſſe ſaluatum, aut fore ſaluandum, niſi per fidem mediatoris Dei & hominum Domini noſtri Ieſu Chriſti, in ſanguine & morte ipſius, qua nos reconciliauit æterno patri, & deleuit chirographum iniquitatum noſtrarum, æterna redemptione inuenta.

Item firmiter credo legalia omnia veteris teſtamenti, ſeu Moſaicæ legis, quia Chriſtum figurabant, licet diuino cultui illa ætate congruerent, ipſo adueniente ceſſaſſe, & iam promulgato Euangelio ſeruari non poſſe ſine interitu ſalutis æternæ.

Omnes igitur poſt illud tempus Circuncisionis, Sabbati, ciborum eadem lege prohibi-

B torum,

خارجين عن الامانة. وليس لهم حظ في الحياة الابدية الآتية متي يرجعون عن هذه الزلات ۞ لان المسيح قد انقذنا من جميع هولاء. وفرض علينا سبع اسرار الناموس الجديد. الذين انا اكرم واومن واعتقد بهـا . اعني المعموديه . التثبيت . القربان . الاعتراف مسحة المريض . الكهنوت والزيجه ۞ الذين جميعهم يمنحوا لقابليهم باستحقاق . نعمة الله بقوة تاليم ربنا يسوع المسيح ۞ وهولاء السبع اسرار يتكملون بثلثة اعني بالكلمـات . وبالاشيا . وبالفاعل ۞ فبالكلمات كبالصورة . وبالاشيا كبالمادة . وبالفاعل الذي بنيته يفعل ما تفعل الكنيسه ۞ وايضا اقبل جميع ما تعلم وتكرز الكنيسـة الكاطوليكيـه الرومانيه المقدسه علي هولاء الاسرار ۞

واومن ان التايبين بالصدق اذا ماتوا علي محبة الله من قبل ان يكملوا امام العدالة الالهية قصاص ما فعلوا وما اهملوا بالاثمار الايقة للتوبة. تتطهر انفسهم بعد موتهم بعذابات الفورغاطوريوس اي مكان تطهير وتمحيص الانفس . ولكي ينجوا من هذا القصاص قد تنفعهم شفاعة الاحيا المومنين اعني تقريب القداسات والصلوات والصدقات وغير ذلك من الخيرات التي ينفعلون من المومنين الاحيـا لاجل المومنين المتنيحين علي جاري العاده حسب مراسيم الكنيسة ۞ واما انفس اولىك الذين بعد اخذهم المعموديه مـا تدنسوا باوساخ الخطيه قـط . والانفس التين بعد التدنيس

torum, reliquorumque legalium obſeruatores alienos a fide denuntio, & ſalutis æternæ non poſſe eſſe participes, niſi aliquando ab his erroribus reſipiſcant. Ab his enim omnibus liberauit nos Chriſtus, & ſeptem nouæ legis Sacramenta inſtituit, quæ veneror, credo, & profiteor, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium, & extremam Vnctionem. Quæ omnia ea digne ſumentibus, virtute paſſionis eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam conferunt. Iſta ſeptem Sacramenra perficiuntur tribus: Verbis videlicet, & rebus, ac miniſtro. Verbis vt forma, rebus vt materia, miniſtro qui facere intendat quod facit Eccleſia.

Recipio inſuper quicquid de eiſdem Sacramentis ſancta & Catholica Eccleſia Romana docet, & prædicat.

Credo quod ſi vere pœnitentes in Dei charitate deceſſerint antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſsorum, & omiſsorum pœnis ſatisfecerint coram diuina iuſtitia, eorum animas pœnis Purgatorij poſt mortem purgari, vtque à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſse eis fidelium viuorum ſuffragia, Miſsarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, ac alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum Eccleſiæ inſtituta.

Illorumque animas, qui poſt Baptiſmum ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam quæ poſt perpetrati

التدنيس بالذنوب تطهرت حسب ما ذُكر.ترتفع بغتةً
الي السماء. ويشاهدون مشافهةً ذات الله تعا مثلثـًا
وموحدًا كما هو . ولكن علي قدر اختلاف الفضايل
والثواب واحد يشاهد ازيد من الاخر ۞
واما انفس اوليك الذين يموتون وهم في الخطية المميتة
او في الخطية الاصلية فقط. انهم سرعةً يهبطون الي
الجحيم ليجازون بالعذابات المختلفة بلا تناهي ۞
وايضًا اعتقد واومن ثابتًا بالامانة المتسلمة من الثلثماية
وثمانية عشر اب المجتمعين في نيقية.ومن الماية وخمسين
اب المجتمعين بالقسطنطينية وهي دايمًا الي الان محفوظه
بلا عيب.ومستعمله في الكنيسة وهذه صورتها ۞
اومن باله واحد.اب ضابط الكل.صانع السماء والارض كلما
يري وما لا يري . وبرب واحد يسوع المسيح ابن الله
الوحيد المولود من الاب قبل كل الدهور.اله من اله.نور من
نور.اله حق من اله حق.مولود غير مصنوع مساوي
للاب في الجوهر . الذي به صار الكل . ومن اجلنا
نحن البشر ولاجل خلاصنا نزل من السموات وتجسد
من روح القدس ومن مريم العذري وصار انسانـًا ۞
وصلب عوضنا في ايام بيلاطس البنطي.تالم ومات.قبر
وقام من بين الاموات في اليوم الثالث كما هو مكتوب.
وصعد الي السماء وجلس عن يمين الاب . وايضًا ياتي
بمجده ليدين الاحيا والاموات الذي ليس لملكه
انقضا ۞ وبالواحد الروح القدس الرب المحي
المنبثق من الاب والابن . الذي مع الاب والابن
يسجد ويمجد له . الناطق في الانبيا ۞ وبكنيسه
واحده

peccati maculam, vt dictum eſt, purgatæ ſunt, in cœlum mox recipi; & intueri clare ipſum Deum trinum & vnum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectius.

Illorum vero animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus perpetuo puniendas.

Firmiter etiam teneo, & credo Symbolum fidei a trecentis decem & octo Patribus in Concilio Nicæno, & a centum & quinquaginta in Concilio Conſtantinopolitano traditum, ac ſemper in Eccleſia vſque modo inuiolate cuſtoditum, videlicet.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex MARIA Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam

ſan-

واحده مقدسه جامعه رسوليه ۞ واعترف بمعمودية واحده لمغفرة الخطايا . واترجا قيامة الموتى وحياة الدهر الاتي امين ۞ واعترف معتقداً واكرز ان الله الواحد هو هو بعينه متولي العهد العتيق والجديد اي التوره والانبيا والانجيل لان بنفخة روح القدس بعينه تفوهوا قديسين العهدين ۞ ولهذا اقبل جميع الكتب الداخله الذين تقبلهم الكنيسة المقدسه الكاطوليكيه الرومانيه وهولا اسمايهم . كتب العهد العتيق خمسة كتب موسى اي سفر الخليقه . الخروج . اللاويين . العدد . الاستثنا يسوع بن نون . القضاه . رعوت . اسفار الملوك . دبرياميين كتابين . عزرا الاول والثاني الذي يسمى نحميا . طوبيت . يهوديث . استير . ايوب . مزامير داوود النبي مايه وخمسين . الامثال . القوهله . سبح التسابيح . الحكمه . اداب يسوع بن سيراخ . اشعيا . ارميا مع باروخ . حزقيال . دانيال . الاثني عشر نبي الصغار اي هوشع . يويل . عاموص . عبديا . يونان . ميخا . ناحوم . حبقوق . صفونيا . حجي . زكريا . ملاخي كتابين المقابيين الاول والثاني ۞ كتب العهد الجديد اربعة اناجيل متي ومرقس ولوقا ويوحنا . قصص الرسل المكتوبه من لوقا الانجيلي . اربعة عشر رسايل لبولس الرسول . واحده الي الرومانيين . انتنين الي القرنتانيين واحده الي الغلاطيين . واحده الي الافساسيين . واحده الي الفيليبوسيين . واحده الي القولاسانيين . انتنين الي التسالونيقيين . انتنين الي طيموثاوس . واحده الي طيطس . واحده

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

Confiteor, teneo, & prædico vnum, eundemque Deum veteris, & noui teſtamenti, hoc eſt legis, & Prophetarum, atque Euangelij auctorem eſſe, quoniam eodem Spiritu ſancto inſpirante, Vtriuſque teſtamenti ſancti locuti ſunt. Itaque ſuſcipio omnes libros canonicos, quos ſuſcipit ſacroſancta Romana, & Catholica Eccleſia; ſunt vero infraſcripti, Teſtamenti veteris, Quinque Moyſi, id eſt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Deinde Ioſue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdræ. primus, & ſecundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Eſther, Iob, Pſalterium Dauidicum centum quinquaginta pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, Duodecim Prophetæ minores, id eſt Oſeas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Macchabæorum primus, & ſecundus; Teſtamenti noui quatuor Euangelia, ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Actus Apoſtolorum a Luca Euangeliſta conſcripti. Quatuordecim epiſtolæ Pauli Apoſtoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, Duæ ad Timothæum, ad Titum,

ad Phi-

واحده الى فيليمون • واحده الى العبرانيين • اثنتين لبطرس الرسول. ثلاثه ليوحنا الرسول. واحده ليعقوب الرسول • واحده ليهودا الرسول • والابوغاليمسيس ليوحنا الرسول ۞

وايضاً اصدق واقبل واحتضن المجمع الاول المقدس النيقاني الذي صار من الثلثمايــة وثمانية عشر اب . واعتقد واتبع كلما رسم • وارذل واحرم كلما حرم • ولاسيما بدعة الاريوسانيين الرديه مع مبدعها اريوس الذي تجاسر وثبت ان ابن الله ليس هو مولود ازلياً من جوهر الاب، بل انه مخلوق في الزمان من لا شي ۞

ثم اصدق واقبل واحتضن المجمع الاول المقدس القسطنطيني الذي صار من المايه وخمسين اب . واومن كلما رسم . وارذل كلما رذل . ولاسيما بدعة المقدونيوسيين الرديه مع مبدعها مقدونيوس الذي تجاسر وثبت ان روح القدس ليس هو مساوي في الازلية وفي الجوهر مع الاب والابن • ولهذا ليس هو اله بل انه مخلوق ۞

وايضاً اصدق واقبل واحتضن المجمع الاول المقدس الافسوسي الذي صار من مايتين اب . واومن كلما رسم . وارذل كلما رذل . ولا سيما البدعة النسطوريه الشريرة مع مبدعها نسطور الذي اذ وضع في المسيح اقنومين . كان يثبت ان الكلمة الالهية ما اخذت الجسد باتحاد الاقنومي. بل قدسته بحلولها فقط . كما يتقدس الهيكل • وان لم يصح القول ان المسيح

ad Philemonem, ad Hebræos, Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna, Iudæ Apoſtoli vna, & Apocalypſis Ioannis Apoſtoli.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſacroſanctam Synodum Nicænam primam trecentorum decem, & octo Patrum; & profiteor, ac ſequor quicquid illa decreuit, & reprobo, ac damno quicquid illa damnauit, & maxime impiam hæreſim Arianorum cum ipſo auctore Ario, qui affirmare auſus eſt, Filium Dei non eſſe ab æterno ex ipſa Patris ſubſtantia genitum, ſed ex tempore, atque ex nihilo procreatum.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſanctam Synodum Conſtantinopolitanam primam centum, & quinquaginta Patrum, & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit, & maxime impiam hæreſim Macedonij cum ipſo auctore, qui affirmare auſus eſt Spiritum ſanctum non eſſe Patri, & Filio coæternum, & conſubſtantialem, atque ideo nec eſſe Deum, ſed creaturam.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſacram Synodum Epheſinam primam ducentorum Patrum, & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit, & maxime impiam hæreſim Neſtorianam cum ſuo auctore Neſtorio, qui duas perſonas in Chriſto conſtituens, aſſerebat non eſſe a verbo Dei carnem aſſumptam in vnitatem perſonæ, ſed per ſolam inhabitationem inſtar templi ſanctificatam, &

المسيح يدعى الهًا متجسدًا بل انسان حامل الاله. ولا يجب ان مريم الطوباويه امه تسمى والدة الله بل والدة المسيح. وايضًا اصدق واقبل واحتضن المجمع الاول المقدس الخلقدوني الذي صار من ستمايه وثلثين اب. وهو المجمع الرابع من المجامع العامه. واومن وانبع كلما رسم. وارذل واحرم كلما رذل وحرم. ولاسيما بدعة ونفاق اوطاخي وديوسقوروس الاسكندراني المبدعين بعينهما الذان تجاسرا وثبتا ان في المسيح بعد اتحاد الكلمه مع الجسد ليست الطبيعتين صحيحتين كاملتين بغير اختلاط وبغير امتزاج في وحدانية الاقنوم الالهي. ولهذا ارفض سينودس افسس الثاني الذي بالحري يدعى نهبة. لانه بسجس وفتنة ديوسقوروس الاسكندراني ثبت بكفر بدعة اوطاخي الظالم اذ قتل مار فلاويانوس اسقف القسطنطينيه ونغوا قصاد ريس الكهنا العظيم الروماني. وبتخويف السلاح الزمت الاساقفه الباقين ليرضوا بتلك البدعه. وايضًا اصدق واقبل واحتضن المجمع الثاني المقدس القسطنطيني الذي صار من المايية وخمسه وستين اب. وهو الخامس من المجامع العامه. واومن كلما رسم. وارذل كلما رذل ذلك المجمع. ولاسيما بدعة ونفاق بطرس وانثيموس وساويروس وغيرهم الذين لما ظنوا ان الطبيعة الالهيه للثلاث اقانيم انها صلبت عوضنا. كانوا يزيدون في الثالثه التقديسات ذكر الصليبوت قايلين. الذي صلبت عوضنا ❁ وايضًا اصدق واقبل واحتضن المجمع الثالث المقدس القسطنطيني

Chriſtum non eſse dicendum Deum incarnatum, ſed hominem Deiferum , nec Beatam Mariam eius genitricem dicendam eſse Deiparam , ſed Chriſtiparam.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſanctam ſynodum Chalcedonenſem ſexcentorum triginta Patrum, quartam in ordine vniuerſalium synodorum; & credo, ac ſequor quicquid illa decreuit, & reprobo, ac damno quicquid illa reprobauit, atque damnauit, & maxime impiam hæreſim Eutychetis, & Dioſcori Alexandrini, cum ipſis auctoribus, qui affirmare auſi ſunt, non eſse in Chriſto poſt vnionem verbi cum carne duas integras, perfectas, inconfuſas, & impermiſtas naturas cum vnitate hypoſtaſis, ſiue perſonæ: & reprobo ſecundam ſynodum Epheſinam, immo potius latrocinium, quod factione eiuſdem Dioſcori, occiſo Beato Flauiano Epiſcopo Conſtantinopolitano, legatis ſummi Romani Pontificis fugatis, & Epiſcopis ceteris terrore armorum ad aſsentiendum compulſis, Eutychianam hæreſim impie confirmauit.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſynodum Conſtantinopolitanam ſecundam centum ſexaginta quinque Patrum, quintam in eodem ordine vniuerſalium ſynodorum; & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit, & maxime impiam hæreſim Petri, Anthimi, Seueri, & aliorum, qui exiſtimantes ipſam diuinam naturam trium perſonarum diuinarum pro nobis crucifixã, Triſagio, verba, qui crucifixus es pro nobis, addebant.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſynodum

القسطنطيني . الذي صار من المايتين تسعه وثمانين
اب السادس من المجامع العامه . واوبن كلما رسم .
وارذل كلما رذل . ولاسيما بدعة ونفاق سرجيوس
وبيروس وبولس . وبطرس . وكيرس . وماكاريوس
وثاودوروس . الذين لما وضعوا في المسيح مشيه
واحده وفعل واحد فقط . كانوا يثبتوا ايضاً
كالاوطاخيين ان في المسيح طبيعه واحده فقط ۞
وايضاً اصدق واقبل واحتضن المجمع المقدس النيقاوي
الثاني الذي صار من الثلثمايه وخمسين اب . وهو السابع
من المجامع العامه . واوبن كلما رسم . وارذل كلما رذل .
ولاسيما بدعة ونفاق فاسدين وناكرين الايقونات .
الذين كانوا يقولون ان الايقونات والصور المكرمه
التي للمسيح وللقديسين قد يلزم رميهم من الكنايس
وحرقهم بالنار كانهم اصنام الوثنيين .
وايضاً اصدق واقبل واحتضن المجمع المقدس الفلورنتسي .
الذي كان فيه اكثر من مايه واربعين اب . واوبن كلما
رسم ذلك المجمع على انبثاق روح القدس من الاب والابن
وانه يجوز ان يقدس بالفطير ام بالخمير وقرر مكان
تمحيص الانفس وسعادة الصالحين ورياسة بابا رومي
رييس الكهنة العظيم . وسبع اسرار البيعه والكتب المقدسه
المقبوله . وارذل واحرم كلما رذل وحرم ذلك المجمع ۞
وايضاً اقبل واحتضن واتمسك بجميع المجامع
الذين تقبلهم وتثبتهم الكنيسه المقدسه
الكاطوليكيه الرسوليه الرومانيه . ولاسيما المجمع
المقدس العام الذي صار اخيرًا في مدينة ترنتو . وارذل
واحرم

Conſtantinopolitanam tertiam ducentorum octuaginta nouem Patrum, ſextam in eodem ordine; & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit, & maxime impiam hæreſim Sergij, Pyrrhi, Pauli, Petri, Cyri, Macarij, ac Theodori, qui vnam tantum in Chriſto voluntatẽ, & operationem ſtatuentes, vnam quoque dumtaxat naturam cum Eutychianis aſſerere conabantur.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſynodum Nicænam ſecundam trecentorum quinquaginta Patrum, ſeptimam in eodem ordine, & credo quicquid illa decreuit; & reprobo quicquid illa reprobauit, & maxime impiam hæreſim Iconoclaſtarum, qui venerandas Chriſti, & Sanctorum imagines tamquam ſi idola gentium eſſent, e templis auferendas, & flammis abſumendas eſſe, dicebant.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſanctam ſynodum Florentinam amplius quam centum & quadraginta Patrum; & credo quicquid illa decreuit de Proceſſione ſpiritus ſancti a Patre, & Filio, de Conſecratione panis azimi, vel fermentati, de Purgatorio, & Beatitudine animarum, de Primatu ſummi Romani Pontificis, necnon de Sacramentis, & Libris canonicis; & reprobo, ac damno quicquid illa reprobauit, atque damnauit.

Præterea amplector, ſuſcipio & approbo quæcumque alia Concilia, quæ recipit, & approbat ſacroſancta Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, & maxime ſanctam Oecumenicam generalem ſynodum Tridentinam nouiſſime

واحرم جميع الالحاد ومبدعينهم الذين تحرم وترذل البيعة المقدسه الكاطوليكيه الرسوليه الرومانيه المذكوره • وايضًا كلما تقبل هذه الكنيسه وتعلّم انا بالتواضع والتوقير اقبله واحتضنه • وايضا المعلّمين والابهات القديسين الذين تقبلهم الكنيسه الرومانيه.اياهم بالخشوع والتواضع انا اقبلهم ※

واقبل واعترف ان الكرسي الرسولي المقدس ورييس الكهنا الروماني هو الاكبر في المسكونه باسرها.وانه خليفة بطرس رييس الرسل الطوباني ونايب المسيح بالحقيقه وراس جميع الكنيسه واب ومعلّم كافة المسيحيين.وله أعطيت بوساطة القديس بطرس السلطنه الكامله من ربنا يسوع المسيح ليرعي ويدبر ويرشد الكنيسه الجامعه ※ واتحاد هذه الكنيسه عندي في تلك القيمه والعظمه حتى اعتقد ان كل من هو خارج عنها.لا يمكن ان ينال الحياة الابديه قط ※

وايضًا اعاهد كالابن المطيع اني اكون دايمًا مطيعًا وامينًا لتدابير ولاوامر ولنواهي ولمراسم سيدنا القديس بنعمة الله بابا قليمنطس الثامن • ولخلفايه الرووسا الكهنا الرومانيين الداخلين لهذه الدرجه بموجب القوانين . وللكرسي الرسولي ※ وهذه الامانة الصادقه الكاطوليكيه التي الان بارادتي وحسن رضاي اعتقد بها وبالصدق اومن بها انا بنفسي

المذكور

اوعد اندر احلف واقسم اني بعون الله تعالي امسكها واحفظها واعترف بها واعلّمها واكرزها بكل

uiſsime celebratam ; ac damno , & reprobo omnes hæreſes, & auctores earundem, quas, & quos reprobat, & damnat dicta Sancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia.

Nec non quicquid illa tenet, & docet cum omni deuotione, & reuerentia ſuſcipio, & amplector.

Illos quoque Doctores, & Sanctos Patres, quos eadem Romana Eccleſia approbat, reuerenter ſuſcipio.

Teneo, & confiteor Sanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere Primatum, & ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ eſſe caput, & omnium Chriſtianorum patrẽ, ac doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam a Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatẽ traditam eſſe; cuius Eccleſiæ vnitatem tanti faciendam eſse affirmo, vt nullos extra eandem eccleſiam Catholicam exiſtentes, æternæ vitæ participes fieri poſse confitear.

Inſuper promitto me tanquam obedientiæ filium, ordinationibus, præceptis, cenſuris, ac iuſſionibus Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini C L E M E N T I S diuina prouidentia Papæ Octaui & ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, & Sedi Apoſtolicæ ſemper, & fideliter obtemperaturum.

Hanc veram Catholicam fidem, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſsime

me

Digitized by Google

بكل قوتي صحيحه وسالمه وبغير عيب الي اخر نفس حياتي. واهم واحترص بكل قدرتي في درجتي ان رعيتي والخاضعين لي والذين هم تحت تدبيري يكونوا يمسكوها يحفظوها يعلموها ويكرزوها . وهكذا الله تعالي يعينني وهولاء اناجيل الله المقدسه يشهدون علي.

۞ ۞

Digitized by Google

me Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque a meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem ſpondeo, voueo, ac iuro.

Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

ولمّا تناولوا الغدا قال يسوع لسمعان الصفآء . ياسمعان
ابن يونا تحبني اكثر من هولاء ۞ قال له نعم ياسيدي
انت تعلم اني احبك . قال له يسوع ارع لي خرافي . ثم
قال له مرة ثانية ياسمعان ابن يونا تحبني . قال له نعم
ياسيدي انت تعلم اني احبك . قال له ارع لي كباشي .



ثم عاود القول له دفعةً ثالثه ياسمعان ابن يونا تحبني
وصعب علي الصفاء اذ قال له ثلث مرات تحبني . فقال
ياسيدي انت تعلم بكل شي وانت تعلم اني احبك
قال له ارع لي نعاجي ۞

Cum ergo prandiſſent, dixit Simoni Petro Ieſus; Simon Iona, diligis me plus his? dicit ei etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei Ieſus: Paſce mihi agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Iona diligis me? ait illi etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei; Paſce mihi agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Iona amas me? contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio amas me, & dicit ei; Domine tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. Dicit ei; Paſce mihi oues meas. Ioan. vlt.

Digitized by Google

ROMAE,
In Typographia Medicea,
M D XCV.



Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

34. 6. E. 23/5

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
34
6 E 5
23

Digitized by Google

Digitized by Google